MONUMENTA GERMANIAE

mcclxxviii comes de gulch occisus fuit aquisgrani anno regni sui quinto. Feria sexta post barthol[o]mei rex rudolfus anno regni sui quinto otdakarum, regem bohemie durissimo bello aggressus occidit. Anno regni sui sexto videlicet anno domini mcclxxix dabatur modius siliginis in alemania pro II sol., modius speltarum pro xx hall., modius avene pro xvi hall.. In pontem super mulsam cc homines choreisantes xv kal. iulii cessare nolebant, donec plebanus transiret portans sacratissimum corpus christi. Igitur pons cecidit et choreisantes omnes penitus submersi sunt. Regnavit autem rudolfus annis xviii et naturali morte mortuus est idus iulii, quando celebratur festum margarete, virginis gloriose.

Transibant anni.[1] Postquam mortuus fuit rex rudolfus et sedes imperii vacasset ad annum, electus fuit adolfus comes de nassouw in regem sed ad imperium non ascendit, qui verax fuit in dictis et factis. Sed quia dux austrie albertus, considerans, quod iniuria sibi foret illata a principibus electoribus, ideo quod ipse [illegible]

[1] Dies ist kein Versanfang, obwohl die Worte in beiden Heften als solcher bezeichnet sind. In der Chronik steht ab an dieser Stelle: Anni milleni trecentum sunt numerati.

Also gehört die Chronik noch?